nos a peccatis omnib; ſolu
te iuſſu queſum̄. Quor
precepto ſubditur ſalus et
langor omnium ſanate e
gros morib; nos reddentes
uirtutib; Ut cum uider
aduenerit xpiſtus in finem
ſeculi nos ſempiterni gau
dii faciat eſſe compotes
Deo patri. ℣. In omnem ter
ram exiuit ſonus eoꝝ. ℟. Et in fi
nes orbis terre uerba eoꝝ. Ad mag.
ant. Beati eritis cum uos oderit
homines et cum ſeparauerint uos
et exprobrauerint et eiecerint no
men ueſtrum tanquam malum
propter filium hominis gaudete
et exultate ecce enim merces ueſtra
multa eſt in celo. A matines. In
uitatoire. Gaudete et exultate
quia nomina ueſtra ſcripta ſunt
in celis. hymne. Exultet celū.
Du premier nocturne. a. In om
nem terram exiuit ſonus eoꝝ et ī
fines orbis terre uerba eoꝝ. ps. Celi
enarrant. a. Clamauerunt iuſti
et dominus exaudiuit eos. ps. Bene
dicam. a. Conſtitues eos princi

pes ſuper omnem terram terram
memores erunt nominis tui dn̄e.
ps. Eructauit. ℣. In omnē terrā.
Ecce ego mitto uos ℟.
Sicut oues in medio lu
porum dicit dn̄s Eſtote ergo pru
dentes ſicut ſerpentes et ſimplices
ſicut columbe. ℣. Tradent enim
uos in conſiliis et in ſynagogis
ſuis flagellabunt uos. re. Eſtote.
℟. Tollite iugum meum ſuper
uos dicit dominus et diſcite a me
quia mitis ſum et humilis corde
Iugum enim meum ſuaue eſt et
onus meum leue. ℣. Et inueni
etis requiem animab; ueſtris.
re. Iugum. ℟. Dum ſteteritis an
te reges et preſides nolite cogita
re quomodo aut quid loquami
ni Dabitur enim uobis in illa
hora quid loquamini. ℣. Non e
nim uos eſtis qui loquimini ſed
ſpiritus patris ueſtri qui loquit͛
in uobis. re. Dabitur. Gloria. re.
Dabitur. Du ſecont nocturne.
a. Principes populorum con
gregati ſunt cum deo abraham.
ps. Omnes gentes. a. Uidiſti here

201 - 2

License: public_domain – Basel, Universitätsbibliothek, Comites Latentes (Depositum des Historischen Museums Basel), CL 201, CL_201_2r – Breviarium (https://fragmentarium.ms/view/page/F-k8r7/9862/71843)